



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bavariae Sanctae Volvmen ...

Rader, Matthäus

Monachii, M.DC.XXIV.

S. Mengoldvs Sev Maingoldvs Dvx Hoyensis Martyr.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79699](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79699)

S. MENGOLDVS

SEV MAINGOLDVS DVX HOYENSIS

MARTYR.

MAingoldus matrem habuit Carolomanni regis Boiariæ & Italiae filiam, Arnulphi Imperatoris sororem, quibus nominibus venit in album SS. Bauariæ: propter auum inquam maternum Carolomannum & auunculum Arnulphum reges Boiariæ quorum hic postea imperauit, & ipsam matrem Bauaram. Patrem tradunt Hugonem Anglorum regem, qui fuit sororius Osualdi martyris regis Nordhumbrorum. Sed temporum ratio aliud docet. Nam S. Osualdus Mart. & rex, Bedâ & alijs testibus, abiit in cælum anno 1000. non potuit ergo Hugo rex, qui non multò ante añum 1000. vixisse dicitur, sororius fuisse S. Osualdi. Nemo prætereà ab anno 1000. vsque ad nostra tempora dictus est regum Angliæ, Hugo. Hunc duntaxat apud Bedam regnavit anno 1000. Nec potuit ergo Arnulphus Imperator dare Hugoni, qui id temporis in Anglia nullus fuit, nec Maingoldus Hugone nasci. Ab Arnulpho Imperatore in vxorē accepit Hugo Geila viduā Guilelmi dynastæ Hannoniensis, qui ferro cæsus interierat. *Ceterum Maingoldus, vt scribit Molanus, nobilitati insigniorē adiecit titulum dignū pœnitentis fructū. Cum enim aliquandiu contra Albricum ducem Vvilhelmi interfectorem, eiusq̄ typho adherentes, vxoris suæ bona partim jure, partim vim vi repellendo defenderet, interfecit fundorum suorum incendiarium & prædonem Balduinum ducem, qui corrupto nomine appellatur Beuinus: sed in patris necem vindices surrexerunt quatuor liberi. Unde cum dissidiorum & malorum fomenta crescerent, S. Mengoldus militiæ abrenunciavit: seq̄ per compunctionem mundauit, & Deo mactauit. Integro enim septennio pœnitentiam egit de homicidijs ceterisque peccatis. Postmodum recessit ad oratorium sanctorum martyrum Timothei & Symphoriani, quod situm est ad Confluentiam Hoij & Mose. Is enim locus cum appendicibus ei donatus erat ab Imperatore: eodemque in loco, cum post sepius postulatam concordiam nondum extincta esset antiqua ira, dum ad templum iret ab Ingelfredi consanguineis mactatus est. Sed à Leo multis miraculis post necem celebratus, & à clero ac plebe inter Dei martyres honoratus est. Natalam celebrant, Canonici Hoyenses die octaua Febr. Translatio cum S. Domitiani translatione concurret die 15. Junij, sed ob concursum sequenti die recollitur. Hæc Molanus.*

1000000000.
Sigebert. eodem an.
Ex offic. Ceri. Hoie.
10. Molan. in SS. Belg.
11. X. Febr.

Hoyum

Hoyum porrò ciuitas est in tractu Leodiensi apud Eburones ad confluentes amnium Mosæ & Hoy. Dynastia olim Hoiensis postea Hasbanienfis dicta. In Hoio nobilissimam ædem posuit magnæ Dei matri beatæ mem: Theoduinus pontifex Leodiensis, itidem ex inclita principum Boiariæ stirpe oriundus, de quo infra cognosces. Ceterum Mengoldus, si propriè verèque martyrem definias, qui religionis Christi & professionis fidei, virtutis aut iustitiæ causâ occumbit, non veniet in album martyrum, quemadmodum & D. Sigismundus Burgundionû rex, Colomannus & Nantuinus, aliique complures alijs nominibus, quamuis innocentes, interfecti verè martyrum nomen non ferent, sed quòd viri cetera sancti, per falsas criminationes circumuenti mortem constanter obierint, atque iniurias eadèmq; patienter tulerint, cælum publicis prodigijs illorum voluit innocentiam per orbem testatam esse.



S. MATHIL-